Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nonam aliquam circa vel raro post
ewangelium maioris misse. acce-
pta licencia a rectore ordinis
qui tunc conventui presederit.
Quicumque itaque voluerit privatam
missam celebrare. vnicuique eorum quibus
iniunctum est hoc officium signi-
ficet ex more quid velit. Proce-
datque ad locum ubi huiusmodi
utensilia reposita sunt que ad
missarum sollempnia conveniunt.
que subsequatur cooperator su-
us. cameramque aperi quod instat
necessaria noverit sumat.
et ad altare ubi missa cele-
branda est deferat preter calicem
et corporale. que ipse sacerdos dili-
genter ablutis manibus se-
cum defert. Linteis suppositis.
et tam libro quam calice cum
corporali in altari depositis. in-
dumentis autem de sacerdotalibus
in tabula ad hoc ipsum provisa
cum aliis necessariis penden-
te quoque pro manutergio
ad sacratiora quoque tergen-
da utpote calicem vel patenam
aut digitorum summitates post
ablucionem ipse sacerdos antequam
sibi humerale imponat humi-
maneat genua flectat. et sic
vestiatur. vestitus autem secundum ex
more confessione. incipiat mis-
sam non cantus nisi astante
prelato aut magna aliqua persona
vel in directum legens. Sed post
ewangelium ordine non minori diligen-
cia et puritate peragat quam si
missam celebraret publicam.
Quod si adeo moratus fuerit sepa-
re. ut signum ad canonicam
horam ante pulsetur quam sto-
lam sibi imponat aut omit-
tat inceptum. aut licen-
ciam perficiendi a priore accipi-
at.

Nunc dicendum est quibus de
causis capitularis accio fieri
soleat. Culpa alia levior.
alia media. alia gravis. alia
gravior. alia gravissima. Li-
cet quelibet minima per incorrigi-
bilitatem excrescere possit et fieri
maxima. Et tamen quia delicta
per humilitatem et obedienciam mitiga-
ri et venialia fieri. Que itaque
levior est levioribus curatur
remediis et gravior est acrioribus
sananda medicamentis gravis
aliquam gravioribus excessibus.